



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ad Leonem X. Pontificem Maximvm**

**[Straßburg], 1519**

**VD16 L 3409**

Conclusio XC.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34717**

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

tiæ. Ita ego nõ possum negare quidẽ, quod omnia ferenda sunt quæ pontifex facit, sed doleo, quod nõ possum optima esse probare, quanq̃ si de mente p̃otificis, sine intermedijs operarijs mercedum, dicendũ esset, optima de illa præsumenda dicerem, breuiter & cū fiducia loquendo. Ecclesia indiget reformatione, q̃d non est unius hominis pontificis, nec multorũ cardinaliũ officium, sicut probauit utrũq; nouissimũ conciliũ, sed totius orbis, imo solius dei. Tempus aut̃ huius reformationis, nouit solus ille, qui condidit tempora. Interim uitia tã manifesta, negare non possumus. clauis sunt in abusu & seruitute auaritiæ & ambitioꝝnis, & gurges accepit impetũ, non est nostrũ remorari eũ. Iniquitates nostræ respondent nobis, & onus est unicuiq; sermo suus.

CONCLUSIO XC.

Hæc scrupulosissima argumenta laicorum, sola potestate compescere, nec reddita ratione diluere, est ecclesiã & papã hostibus ridẽdos exponere, & infœlices Christianos facere

SI C enim ex malo fit peius, dum terrore cõpescuntur, quanto rectius doceremur, hanc iram dei intelligere, & pro ecclesia orare, & talia tolerare in spe future reformationis, q̃ dũ tam manifesta uitia uolumus cogere, uirtutes uideri, peius iritemus, si quidem nisi nos mereremur uexari, deus non permetteret solos homines in ecclesia dominari, daret nobis pastores secundum cor suum, qui nobis pro uenijs darent tritici mensuram in tempore suo. Nunc autem etiã si sint boni pastores, tamen non possunt ad officium suum uenire, tanta est ira furoris domini.

CONCLUSIO XCI.

Si ergo ueniæ secundum spiritum & mentem Papæ prædicarentur, facile illa omnia soluerentur, immo nulla essent.

Quomodo: scilicet, si, ut sunt, solum remissiones pœnarum, non meritoria, ac infra bona opera habenda, non fuisset ullus unquam commotus, aliquid de ijs dubitare, non propter sui nãm magnificationem, suscitant quæstiones insolubiles, in earum propriam uilificationem. Mens enim pontificis nõ potest esse alta, quam quod indulgentiæ sunt indulgentiæ.

CONCLUSIO XCII.